

συμβολῶν ad Chorographiam Sec. XIII. adscribam: *Vntlinge. Mitichurspringen. Neubeim. Hevelde. Hest. Tating. Altbeim. Similperc. Tipating. Waginbeim. Stephingen. Awarn. Schachen. Tanperc. Elphawe. Mundvoing. Eichinlob. Wising. Mesindorf. Molbeim. Rabinswanc. Hobenreut. Steindorf. Frosheim. Gralingen. Hettperc. Prunnadir. Zigiheige. Tetting. Chalbub. Witintal. Tancholfing. Megilpab. Hymiltal. Spreide. Hermoting. Fluoter. Vorbach. Tanheim. Chogil. Michilperge. Horborc. Gunzswant. Speche. Rabswant.*

Fol. 149. succedunt Homiletica quaedam in diversa Evangelia depromta e Bedae cum Homiliis, tum Expositionibus, ut leguntur T. V. et VII. edit. *supracit.* non tamen sine interpolatione. Claudit agmen Lectionarium in *Nativitate Sancte Dei Genitricis Mariae*, quod censet *Lectiones VIII.* et incipit: *Adprobate consuetudinis est apud christianos sanctorum patrum dies natalitios observare diligenter.* &c. neque sapit Autorem de antiquioribus. Ad calcem rursus adscripta sunt quaedam de Coenobii possessionibus in *Mallinge, Herlavperge, pabheim, Vreiling, chevinge, Schapron, Huntfheim* &c.

CCCLXXXIV.

R. 312 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 127. f. min. eleganter exaratus, coloribus distinctus, et singulari forma literarum initialium e picturatis fasciis diversi-

mode plicatis et volutis visendus complectitur S. Gregorii M. Pont. Homilias XL. in Evangelia. Et quidem: *Incipit epistola Sancti Gregorii pape ad Secundinum tauromitanum episcopum. Reverentissimo &c. Inter missarum sollempnia &c. ut edit. Maur. Paris. 1705. T. I. col. 1435. f. legitur tamen hic: sed eandem dubietatem postmodum certa enuntiatione correxi, atque ita Gregorium scripsisse puto pro dubitationem et enotatione vel notatione. Epistolam excipit Elenchus Homiliarii, quod dein indistinctum in Libros II. decurrit praemissa cuius Homiliae Evangelii sui parte. Textus satis accurate cum Editis conspirat. Historiae Chrysaorii, sive Chrysaorii, quod ego nomen e Xeyros et Aurum confictum crederem, nisi Gregorius addidisset: quem lingua rustica populus Chryserium vocabat, Hom. XII. nobis fol. 24. propria Rubrica gaudet. Ob iter noto, infigne istud magni Pontificis Opus omisum esse ab Hambergero in *Zuverl. Nachr. von den vornehmst. Schriftst. P. III. p. 462.**

CCCLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 182 Folior. 252. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et olim datus pro libraria collegiate domus ducalis a Nicolao kyenast de wienna capellano ad Sanctum Hieronymum continet sequentia: I. *Incipit prefatio beati Gregorii pape ad Secundinum Episcopum super quadraginta Omelias.* Ita quidem:

dem: *Reuerendissimo &c. Inter sacra missarum sollempnia ex hijs que diebus certis &c. Sequitur Elenchus Homiliarum, et ipsae, non tamen in libros II. diuisae. Initium primae Dom. 2. Adv. habitae ad Populum in Basilica beati Petri est: Dominus ac redemptor noster fratres karissimi paratos nos inuenire desiderans &c. Finis ultimae habitae in sancti Laurentii Basilica: per se in vestris mentibus loquatur. Qui viuit &c. Adscripta sunt XII. illa *Abusiva Seculi* hic Gregorio, alias *Augustino*, ut nobis *Vol. I. P. 1. col. 720.* item *Cypriano*, ut *col. 584. et 829.* tributa. Post quae: *Expliciunt quadraginta Omelie Gregorij Pape Sanctissimi per Seyfridum Schonpeck Anno (13)92. in die Vigilij Episcopi Martirisque gloriosi.* Extant edit. *Maur. Paris. 1705. T. I. col. 1434. f.* Exemplar nostrum factum castigatum est.*

II. *fol. 86.* sequitur *Liber regule pastoralis beati Gregorij pape scriptus ad Johannem Episcopum.* Decurrit indivisus in *Partes*, praecedente *Capitulum XXIII.* Sylabo ita, ut *Capitula XXII. Partem I. et II. efficiant, Pars vero III. sive Caput XXIII. Quanta debeat esse diuersitas in arte predicacionis; in XXXVI. Modos* tribuatur; a verbis autem: *Hec sunt que presul animarum &c. quae in Edit. cit. Caput XXXVI. auspicantur, nullae jam usque ad finem Rubricae compareant. Ceterum Opus integrum est, et incipit: Pastoralis cure me pondera fugere &c. ut Edit. cit. T. II. col. 1. Ad calcem*

iterum: *Explicit — Anno 92. feria 3^a ante Esto michi per Syfridum Schonpeck.*

III. *fol. 128. p. 2.* Discutiuntur e *Genesi* et *I. Reg.* Quaestiones Biblicae de *Pythonissa Saulis*, de *Interpretatione Somniorum Joseph in Aegypto*, de *Juramento Saulis*, de *Spiritu ejus malo*, de *Duello Davidis cum Golia*, et de *Auro xeiqz Saulis.*

IV. *fol. 134.* Incipit *conpendium Super euangelia.* Praemittuntur tamen scitu necessaria de *Deo*, *Angelis*, primo *Homine*, *Arbore mala*, *Paradiso*, *Diluvio*, *Aetatibus*, *conditione Hominis*, et *Prophetis.* Ad *Christi* nativitatem adferuntur etiam apocrypha illa *de Circulo solari*, *de Fonte olei*, *de Terre motu.* Ultima sunt de *Resurrectione Mortuorum.* Admonet *Εγγειδιον* istud noti *Speculi humanae Salvationis.* Ejus initium est: *In principio principium sine principio et finis sine fine, deus cum quo viget filius ex corde proprio genitus ante secula &c. Ad calcem: Explicit in die felicitatis et aduentus Martirum gloriosorum. Anno (13) LXXXI^o.* Adjectae sunt *Aerae* ab origine mundi, atque inter eas: *Item ab origine mundi usque dum primus homo qui vocabatur abraham venit ad austriam 2948. anni 9. mens. 12. die mensis Junij. Item a diluuiio usque ad ipsius primi hominis aduentum ad austriam 690. anni. &c. Quae fabulosa, deinceps a Scriptoribus propagata, ut discuti non merentur, ita Codicem in Austria scriptum indicant.*

V. fol. 140. p. 2. *Incipit Prefacio in libris Anselmi cantuariensis. Episcopi Cur deus homo. Ita: Opus subditum quod propter quosdam qui antequam (perfectum) et exquisitum esset &c. Rogat Anselmus sub finem, ut Transcriptores semper Capitula praelegant utriusque Libri. Paruit Noster. Verum post illa, tanquam Deus ex machina, compareret Prologus Anselmi De incarnatione verbi, et eo absoluto demum inchoat Liber I. Cur Deus Homo hoc tenore: Sepe et studiose à multis rogatus sum &c. Quod quomodo acciderit, non dispicio. Prologus iste legitur Edit. Paris. 1721. p. 41. f. nostrum vero Opus, quod in Codice integrum et fatis sincerum est, p. 74. Ad calcem iterum jacet: *Explicit Anno 91. in die Nicomedis.**

VI. fol. 161. p. 2. *De diuinis nominibus.* Disquirat Theologus de vario significatu *Deus, Deitas, Divinitas, divina Natura, divina Substantia, divina Essentia, substantia vel natura Patris, substantia uel natura Filii, de Trinitate et Generatione in Diuinis.* Init: *Hoc nomen deus quinque (modis?) accipitur pro tota trinitate ut creauit deus celum et terram &c.*

VII. fol. 163. *Incipit expositio Canonis.* Puta Missae. Lectio, ut videtur, scholastica hujus ingressus: *In nomine domini — In decretis de consecratione distinctione 2^o art. 2^o. Alexander 5^{us} a petro. Nihil in sacrificiis maius esse potest &c.* De tribus pertractat: 1^o de causis et dispositionibus ce-

lebracionem missae precedentibus. 2^o de sollempnitate missae. et de mysterijs in eius celebratione concurrentibus. 3^o de nominibus huic officio conuenientibus. Definit in Historiolam Sacerdotis Parisini, quem Daemon magnum furem dixit, quod post Missam omitteret semper Orationem illam: *Placeat tibi sancta trinitas &c.*

VIII. fol. 179. Συλλογη Sermorum de Festis Domini, B. V. Mariae et variorum Sanctorum, item de ultimis Temporibus, de novo Sacerdote, et de Fidelibus defunctis, nullo certo ordine, neque auctore, nisi, quod fol. 231. p. 2. habetur *Sermo Magistri Thome de Confessione*, et fol. 236. *Sermo magistri haltheri theologie de passione domini.*

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 255
Folior. 113. f. per duas columnas probe exaratus, rubricis distinctus, et, ut in fronte notatur, a M. Nicolao de Dinckelspuchel datus ad Librariam Collegij ducalis Homiliarium est Gregorij M. in Evangelia, praemissa primum ad Secundinum, quem Codex non Episcopum, sed Coepiscopum vocat, Epistola, dein XL. Evangeliorum, in quae totidem habitae sunt Homiliae, Initiis, ad quorum calcem minio: *Gregorij Pape vrbis rome numero XL. expliciunt capitula, et continuo: Omelie de diuersis lectionibus ewangelij.* Hae porro decurrunt, ut in edit. Maur. Paris. T. I. 1705. col. 1436. f. nisi